rent, petierunt citto procedere decerni. Reseruatis reseruandis.

Et Judicium praesens Capitale Castrensis Lublinensis controuersys partium, Actor per se personaliter, citta vero per Nobilem Stanislaum Rybczowsky plenipotentem suum, coram se factis, bene diligenterque exauditis et intellectis, eo considerato quia dellatores personaliter comparent ad promouendam causam Ideo citto decreuit ulterius procedere.

Quam sententiam et decretum praesens pars suprascripta citta pro iure non suscepit, nec in eo acquiescere voluit, verum ab eo et cum eo ad Magnificum Joannem Firley à Dambrowicza Capitaneum Lublinensem ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis proxime celebranda per Magnificum Generalem Regni Prouinciae Albertum Jaroszowsky, mouit, Terminum ipsi sententiae expurgandae sibi vero et parti motionis et causae suae prosequendae inter causas Pallatus Lublinensis prefigendo.

Quam motionem Judicium praesens Capitale Castrensis Lublinensis praefatae parti citta admisit, Terminum partibus modo praemisso inter causas Pallatus Lublinensis conseruando.

Inter Gałęzowsky et Dzierzek Judicem Castrensem Lublin. Appellatio.

Proposuit Judicialiter coram praesenti Capitali Castrensi Lublinensi Judicio, Instigator Officy praesentis, tum et Generosus Georgius Gałęzowsky dellator, contra infrascriptum cittum, citatione, tenoris huiusmodi:

Joannes Firley de Dambrowicza Lublinensis et Capitaneus. Tibi Generoso Prendotsa Dzierzek Judici Castrensi Lublinensi in Wierzchowiska et haeredi, de bonis tuis generaliter omnibus, mandamus ergo Regio et nostro Capitali ex officio, ut coram nobis seu Judicio nostro Capitali Castrensi Lublinensi in Terminis Judicialibus feria secunda post Dominicam Quadragesimalem Ramis Palmarum proxime ventura in Castro Lublinensi celebrandis, vel ys deficientibus, tandem in proxime venturis. Ad instantiam Instigatoris Officy nostri, tum et Generosi Georgii Gałęzowsky dellatoris, personaliter peremptorieque compareas. Qui te citant ad banniendum et de Regno Poloniae, dominysque eidem annexis proscribendum. Ideo. Quia tu existens iureuictus, In causa, Ad Inscriptionem Terrestrem Lublinensem, per te eidem Actori super summam Mille florenorum polonicalium facta et recognita. Pro vadio simplicis summae Mille florenorum polonicalium, ob non solutionem eiusdem summae essentialis debiti, pro tempore in eadem Inscriptione

exprasso

expresso ad solvendum succubito, processu causae istius latius canente, rei iudicatae non vis satisfacere, nempe [illegible] tui de bonis tuis [illegible] ac in eandem Inbrom rigore [illegible] [illegible] vadiorumque tricatorum, super te et bonis tuis omnibus in Officio [illegible] obtentorum et perductorum noluisti et non vis admittere. Citaris itaque ad videndum et audiendum super te bannitionem decerni et per Ministerialem publicari, ad communemque notitiam deduci, praemissa Iudiciis [illegible] et ad ea responsurus. Datum in Castro Lublinensi Sabbato ante Dominicam Iudica proxime. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Undecimo.

Et post propositionem suam modo praemisso factam, deducto parti cittae solutione de termino, et contentis cittationis suae verificatis, petiit partem cittam ad respondendum compelli. Reservatis alys iuris beneficiis in toto saluis.

Licet autem pars citta hoc in loco controversias suas fecerit, tamen eas intra triduum ut iuris est ad acticandum non porrexit. De cuius negligentia sua autem in suscipiendis contrarys diligentia Generosus Albertus [illegible]owsky, Notarius Castrensis Lublinensis protestatus est.

Actor vero deduxit Iudicio praesenti non teneri dellatorem [illegible] comparere in puncto praesentis bannitionis, siquidem Instigator sine dellatore causam praesentem promovere potest: exinde petiit cittum ad responsionem compelli. Reservatis de iure reservandis.

Et Iudicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense controversys partium, Actore per Nobilem Christophorum Matczynsky, cittae vero per Nobilem Joannem Gilowsky, plenipotentes suos, coram se factis, bene diligenterque exauditis et intellectis, adinvenit teneri dellatorem personaliter comparere in termino praesenti.

Quam sententiam et decretum praesens pars actor pro iure non suscepit, nec in eo acquiescere voluit, verum ab eo et cum eo ad Magnificum Joannem Firley à Dambrowicza Capitaneum Lublinensem ad Iudicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis proxime celebranda, per Ministerialem Generalem Regni Providum Albertum Jaroslowsky movit: terminum ipsi sententiam expurgandi, sibi vero et parti motionem et causae suae prosequendi inter causas Pallatus Lublinensis praefigendo.

Quam motionem Iudicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense praefatae parti actoreae admisit terminum partibus modo praemisso inter causas Pallatus Lublinensis Conservando.

Inter Gielczowsky et Klodniczka Lecta Appellatio.

Proposuit